

Andree Duditij Epistola ad D. Ursinum Neustadium
 Clarissimo atq. Excellentissimo Viri Dno D. Zachariae Ursino
 Theologiae ac Philosophiae Professori in schola Neustadiensi, Do-
 mino et Amico honorando.

S. V. Excellentissime et Reverende Vir Amice honorande.
 Quanti te tuamq. istam singularem cum pietate conjunctam duxerim,
 quam à multis jam annis fecerim, faciamq. vix credas. Testari
 possum Amicorum communium atq. adeo discipulorum tuorum lon-
 gentiam: quorum amicitiam, quoties facultas data est, omnib.
 modis mihi conciliare solitus fui. Quo factum est quoq., ut cum
 nancisci eorum ex numero aliquem potui, omnib. aliis, undecumq.
 essent, longè anteposuerim in filii mei institutione, quae
 mihi summa semper cura fuit. Scribebam enim quanti tu vir
 esses, et quales ex tua schola discipuli prodirent. Itaq. usq. sua
 opera Richi Dectoris Medici, tum Caroli Osterii; nunc deniq.
 P. Salamini in erudiendo eo, quem dixi, filio meo, de quo sol-
 lasse Osterii aliquid tecum egit. Do equidem operam pro viris
 ut cum in literis et pietate aducare possim, in qua se omnes
 mea cura erigunt; et sanè cum in primi Parentis officium
 intueor, ita sentio, ut nullam mihi dari majus ab Amicis bene-
 ficium posse putem, quam si me consilio juvent in hoc comatu
 meo. Quae causa fuit, ut haec epistola graviores occupationes
 tuas interpellare minime dubitaverim, fretus bonitate tua, et
 bene de hominib. merendi consuetudine. Salaminiq. dixit sua
 quasdam rationes sentis in patriam, et de alio vite suae insti-
 tuto consilia agit. In ejus locum veteri meo instituto mona-
 chi, quam ex schola tua aliquem substituere cupio. Nominat
 mihi quendam etiam ab Osterio commendatum, antea Quirinum
 Keutlerum Mosbachensem, qui vobiscum habitat. Obsecro te,
 mi Ursine optime et clarissime, si is talis est, qualem esse
 Salamini putat, et ad me venire potest, des omnem operam,
 ut etiam velit, id primo quoq. tempore. Quicquid tu proseri-
 pseris, perlibenter illi numerabo, representabo etiam, si ita
 tibi videatur. At autem Salamini ne hoc nescias, esse hunc
 adolescentem piuum, modestum, sobrium, Graecis Latinisq. literis
 benè eruditum, Dialecticè peritum, in Theologia, in Philoso-
 phia quoq. versatum. Magna mihi haec videntur, atq. ejusmodi
 profecto, quae in hujus Aetatis vix cadunt / xx. n. annos
 natum dicit / sed Salamini ea probitas est, ut fides ei merito
 habenda

habenda sit. Illud quoque, quod me magnum prejudicium est, quod
ille multos annos in tua disciplina fuit, ut nihil fere incredibile
videatur. Ut autem est, si tibi consulum videatur, hunc mihi
quamprimum extrude; aut certe, si qua causa obsunt, aliam
aliquam, in quo illa sint doctores, quas in Reutero inesse predicat
salaminus. Majorem in modum ab te peto, ut lersine, ut
hunc mihi non perquam diligenter curet. Intro hoc biennium,
si vivens, ubi ubi fueris, ad te mittam filium meum, ut te colat,
anct, audiat, et dignum tanto Magistro discipulum se prostet.
Nullum ei patrimonium, nullas opes, sat scis, prestabiliores
relinquere possum. De tua voluntate ne quid dabilem, facit
existimatio mea de tua pietate, aliisq; virtutibus, quare predi-
cationem jam ab aliquot annis circumspiciant aures meae.
Viciissim ego breviter amicitiam atq; officia mea tibi deferre,
et dico atq; addico. Omnia in te amicissimi hominis, inq;
tuos, si unus veniet, officia mea constabunt. Rogo te, ut
de istius schola atq; Euleris statu reuberis edoceas. D.
Santhium, D. Tosanum, D. Henium et alios collegas tuos
de me plurimum salutabis. Vale et feliciter vive cum suis.
Bratislavie 28. Decembris 1579.

Exc. V. Deditissimus

Andr. Deditissimus (as: Maj.
Consiliarius.

Responsoria D. Ursini continebat ista verba: Opinionem,
quam Ampl. T. de me concepit, deprecor, et ut deponat, oro.
Quirinum mittimus, quem non comendo; commendabit seipsum,
quod ex ipsius antea vita mihi persuasi. etc.

Exc. me et Chariss: Vir, Domine, atq; amice honor, et Charissime S. P. 318)

Si dicam Epistola tua quam mihi grata acciderit, Vix credas. Per
suasum tamen esse tibi capio gratissimam eam fuisse; hoc quidem
nominis, quod video te mihi veterem benevolentiam conservare. Ex
quo equidem magnam animi voluptatem capio. Quod mihi dolorem at
tulit, quod tam afflictas res tuas esse significas, ut etiam de miore
tore cogites. Quod sane miserum esset, ac magna patriastica infir-
mitas, ut mihi videat conjunctum; quate tuum tantumq; virum longi-
ficere alere aut non potuerit, aut quod longe superius exolveret.
Si.